Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



in generatione et generatione habitabit in ea
Et erit transitus per
ea et possidebunt illam onocentauri et erinaceus et ibis et corvus
habitabunt in ea et extendet super eam mensuram inuitatis in
et pondera inuitatis in desolatione Nobiles eius non erunt ibi regem vocabunt
et omnes principes eius erunt in nihilum Et orietur in domibus
eius spine et urtice et palurus in munitionibus eius Et erit habitacio
draconum et pascua struthionum Et occurrent demonia onocentauris
et pilosus clamabit alter ad alterum Ibi autem lamia et invenit
sibi requiem Ibi habitat foueam erinaceus et enutrit catulos et
arripiet et fouit in umbra eius Illuc congregati sunt milvi alter
ad alterum Requirite diligenter in libro domini et legite unum ex eis
non defuit alter alterum non quesiuit quia os meum precepit
ille mandauit et spiritus eius ipse congregauit ea et ipse misit eis sortem
et manus eius diuisit eam illis in mensura usque in eternum possidebunt
eam in generatione et generatione habitabunt in ea XXXV

Letabitur deserta et inuia et exultabit solitudo et florebit
quasi lilium germinans germinabit et exultabit letabunda et
laudans Gloria libani data est ei decor carmeli et saron Ipsi
videbunt gloriam domini et decorem dei nostri Confortate manus dissolute
et genua debilia roborate Dicite pusillanimes Confortamini
et nolite timere Ecce deus noster vltionem adducet retribucionis
deus ipse veniet et saluabit nos Tunc aperientur oculi cecorum et
aures surdorum patebunt Tunc saliet sicut cervus claudus et
aperta erit lingua mutorum Quia scissi sunt in deserto aque et torrentes in
solitudine et quod erat arida in stagnum et siccus in fontes aquarum
In cubilibus in quibus prius dracones habitabant orietur virtus
calami et juncus et erit ibi semita et via et via sancta vocabitur non
transibit per eam polluta et hi erit vobis directa via vta ut
stulti non errent per eam Non erit ibi leo et mala bestia non ascendet
per eam non inuenietur ibi et ambulabunt per eam quibus liberatis fuerunt et
redempti a domino Conuertentur et venient in syon cum laude et letitia
sempiterna super capita eorum Gaudium et letitiam obtinebunt et fu
giet dolor et gemitus Sed cum 36 XXXVI

Factum est in quarto decimo anno regis Ezechie ascendit Sen